dat cuncta moueri. q̄ est spera quedam intelligibilis cuius centrūbius est/circūferētia nasc̄. q̄ ad ipm trahimus nos vt ad lapidem fium in litorē et boc cordis desiderijs. vel sicut p catenulam et scalam sursum vbi deus innititur iuxta visionē Jacob. Sic demū repetunt p̄ prios queq̄ recurs. nec manet vlli traditus ordo. nisi qd sinu iunxit. stablemqs sui refert orbē. Hic car do est/hic tenet vigor/hic axis rotevolubi lis totius creature/hic postremo tenor vni cus totius musicæ mūdialis. Amor iste naturalis cōsequitur cognitiōem sicut et q̄ liber amor. nam penitus incognita quis a mauerit. Sed refert de cognitione. Hac q̄ dam est nō cōiuncta rei diligenti. quedā cōiuncta vel essentialiter vnta. Prīmā inseq̄ tur amor pure naturalis sicut lapis tendit sursum. et sagitta ad signū. non p̄ p̄riā cognitiōem. sed p̄ cognitiōem impellētis et diligentis. Sic suo mō quilibet amor vel tē dentia naturalis rerū in suos fines fit p̄ di rectiōem et cognitiōem intelligētie nō errātis que deus est ut phus et cōmētator suis traxit. Ceterū triple amor aliis tripli cem sequit̄ cognitiōem cōiunctā. sicut alia amor/sequit̄ cognitiōem sensitivam in teriore et exteriore. rōalis sequitur cognitiōem rōis homini cōiunctā essentialiter. amor intellectualis in angelis plus ho mine cōiunctā sequitur intellectualēm cognitiōem. Habemus p̄ prias cuiuslibz amoris ad alterū differētias. vñ amor naturalis qui bonis est/nec malus esse pōt. sicut nec errare potest suis director et causator deus q̄uis inueniatur in agentibz voluntariis. n̄ tamen ea rōne qua voluntaria sunt. et q̄ suā insequunt̄ cōiunctam cognitionem. sed p̄ respectū ad instinctū vel impulsū prime rōnis separe quā esse dēū constat. Sic i homine solo/ genus quodlibet amoris inuenit̄ in minore mūdo q̄ oī p̄ticipat creatura sed hoc est alia et alia rōne. Amat ita q̄ pure naturaliter sequēdo motiōem pri me cognitionis separe. Amat aialiter ordie ad cognitionem sensitivam sibi iūctā et iūnsecā. Amat rōabiliter sequēdo intelligentiā mētis sue. que est sup̄ma portio rōnis. Queret aliquis qd ad materiā de cantis/tanta de conditionibz amoris digressio. Rūdemus multū p̄ omnē modū/qm̄ in p̄mis ex hoc vltimo colligi debet distinctio seu diuisio multiplex canticoz in sensuale

et intellectuale. Trabitur insup diffinitio cantici rōnalis et intellectualis qd ē amor numerosus/rōne pceptibilis vel intellectu tanq̄ spūali mētis aure. Habetur postrē o qd sit canticū pure naturale qd omnis creatura cantat psallit modulat et iubilat deo. qm̄ est amor naturalis numerosus. in dei glām ordinatus. qualis etiā in demonibz/obstinatis et obstrepetibz volūtarie deo p̄ borrendas blasphemiarū dissontias/pulcre sonore q̄ collocat ordines. Super sunt ad integrā canticoz noticiā moraliū q̄ errōales sunt/ alie distinctiones de amore. maxime penes voluntariū et inuoluta; riū. diuersimode penes meritiū et demeritiū penes iocundū et luctuosum. leū et triste. Efflagitaret rursus ordo loqui de cāticoz do. hoc est de cantico cordis nisi sup̄ bacre tractus iam specialis habere cuius initū est. Beati q̄ audiūt verbū dei. vbi practica traditur p̄ gamma nouū et mysticū in vltima pte p̄ moraliū notulatione cāticoz. At uero pluribz omissis prīnus offert sede monocordo memoria. cuius sola q̄ resonat corda ponitur amor. Et eius figuraz sufficiet hic ponere yidēdam ad oculū relatiue ad pater noster. Supaddeū aliud exemplar de psalterio decacordo qd ad eandē p̄prie spicit cōsideratiōem. Subdetur cōpositō moralis scacarij ex quibz hēbit solers animus facultatem circa qdlibet instrumētūz musicū p̄ tropologiam allegoriam erana/gogiam faciliter excogitādi filia. Expediit aut fieri rememoratiōem sub cōpendio de gamma p̄dicto. qd dupli meto cōplicetur. A sit amor gaudēs. e. spes/cōpassio iora. O timet. v̄ q̄ dolens odit. et ista notes Declaratio stat in h̄ p̄mo q̄ voces in gamma mistico/nō intelligēde sunt sensibiles auribz extrinsecis. sed dicūtur interiores affectiones mēte vel cor de pceptibiles q̄ cuius sint innumerabiles/nihilominus ad pacas phia sil cū theologia et medicina reduxit. nūc ad vñā. nūc ad duas. nunc ad tres. debinc ad quatuor. ac deinceps vñq̄ ad vnde nariū in quo sterit Drest. Nobis autem placuit ad p̄nis numerus p̄ncipaliū quatuor affectionū quasi simplicium iūcta q̄nta velut ex multis cōposita. Placuit rursus has affectiones quinq̄ p̄ q̄nq̄ vocales de signare/tanq̄ p̄ notulas q̄nq̄ p̄portionabiles illis de gamma manuali. videbis enī sub solis q̄nq̄ vocalibz eas cōplecti. q̄uis

.Bg.

De canticorum

vna scz. a. dupliceſ in fa. et in la. Undere / motis consonantibꝫ aut muiſ ab vt. re. mi- / fa. so. la. ſupſunt hic vocalcs quinqꝫ. v. e. i. / o. a. quas aliter hic ordinamus. mutantes / a. e. i. o. v. Applicamus cōſequenter af- / fectiones noſtras qnqꝫ. que ſunt amor ſeu / gaudiū. ſpes ſeu deſideriū. compaſſio que / ſi mixta. debin̄ timor ſeu metus. poſtremo / dolor vel odio. Applicamus inquā illꝫ / quinqꝫ vocalibus vt. A. ſignificet amorez / gaudiosum. E ſpem ſeu deſideriū. non vir- / tuteſ theologicam. I. vel iota cōpaſſioneſ / O. timorem. A. dolorem vel odio. Sic / pſpicua eſt duplicitis metri ſuia ſic omne cā- / ticū poſſumus ad gamma mifticū reduce- / re. ſic illud canticū veraciter in cordeyl mē- / te. aut figuraliter in quibuslibꝫ psalmis in / ſtrumentis ve musicis. ſicut in ſono tube. i / psalterio et cythara. in tympano et choro. / in cordis et organo. in cymbalis bñfonan- / tibus et iubilationis. Deniqꝫ quomodoli- / bet. Omnis ſpūs laudet dñm. Ceteruz / viſ cognoscitua rōnalis / ministrat qſi li- / teram canticordi iuxta meditatiōes varias / fm quas viſ affectiuā p̄cipue ſi fuerit for- / riter habituata / prumpit in voceſ numero- / ſas affectionū quinqꝫ p̄dicarū. eas multiſ / plicando penes graue acutum ſupacutum / ſurſum ſcꝫ et deorsum p ſiſtolem et diaſtolē / quaſi ſine termino. In latitudine p̄terea ſe- / cundū breviatiōem et plongatiōem. demū / in cōiunctione mutua ſupra quā hēat fieri / in muſica ſensuali. ibi maxima vbi eſt i ce- / lo yna vorletantiū et vnuſ ardor letantiū. / Decreuiimus ad extremuz de totuſ instru- / mentis / triuſ (vt diſimus) figuraz appo- / nere. vici monocordi iuxta litteram oratio- / niſ dñice. et decacordi fm in alphabetū. ſiml̄ / et pater noſter. et litteram. x. p̄ceptoꝫ. Sca- / cordū vero q̄ duplex habz officiū rāq̄cho- / rus caſtroꝫ. a. canticū militare deſcribitur / cum ſua quadam elucidatione ſeu canone / vt in prioribus. Sed antea miſrabimur / tandem duce theologia. poſt theologiaz et / phiam ad cantica canticoꝫ. p tertio et finali / thomo p̄ntis opuſculi de canticis iuxta / ſuum originem diſtinguiuo.

Thomus tertius

Anticoꝫ diuersas ſpēs inuesti- / gauimꝫ fm historiam. pmo quo / ad cantica ſenſu pceptibilia. de- / hinc fm p̄hīcam disciplinā de canticis in-

omni creatura repertiſ que p intellectū p / cipiunt. Putabit aliquis nihil ſupereſſe. q̄ / niā vltra vel ſupra creaturam vniuersaz / que cantica repies. Atuero ſi theologiam / videbimus grādiora ſupereſſe quēadmodū / mirabiliori mō cauſa cauſarū quā in amo / refundauimus tractat. inchoans ſuam ab / eo traditiōem / vbi et in quo phia ſterit / nō habeus vltra quo ſuū deducereſ ſcrutinū / Ecce q̄ progressus phie fm aplmz ſapien- / tem ſit ab eis quevibilia ſunt ad inuifi- / lia dei qſi p ſcalam aliquā. que vbi deficit / phiam ſtare neceſſe eſt. v̄l in tenebris teme- / rariam cōcutiendo palpare et errare. Nam / que ſunt diuine voluntatiſ p̄ſuſ liberrime / cōſtituta que leges. que. tpm p̄ſtitutiones / ſolus ille ſcīt et cui voluerit reuelare qui vo- / luit et dixit et facia ſunt. Omittamus in- / rim verbū de mifterio beatissime trinitatis. / qđ enarrauit filius vni genitus in ſinu pa- / triſ qui ſolus nouit que ſunt eius. Silca- / mus p̄terea de ipo verbo dei p qđ facia ſunt / omnia. et de amore pſonali qui eſt ſpūſian- / etus quem muſuo cōicat et ſpirat ſumma li- / beralitate pater et filius. Creaturaꝫ qui p / pe pductio qđ eſt / niſi quedam punctualis / et v̄talicuſ momenti cōicatio respectu / cōicationis illius infinite que ſit in ſpiritu / ſancto. Desinamus in ſuſ querere ſi conue- / nienter poſſumus de illa trinitate glorio- / liſſima. ponere canticū ſumme ſuauitatis / et leticie ſicut illi ponimꝫ verbū numero / ſiſſiſſiſ ſplenū rōnibus et ideis abſc̄ter- / mino. Ponimus et amorem iocūdiſſiſ ſpūſiſ ſanctum quo verbū tendit in patrem / et pater in verbum tenore gratiſſimo. Po- / nunt aliū hierarchiā illiſ vbi pater inquinc / nō graduali pfectione maior ſed in pſona- / rum origine pncipatur. Dimittamꝫ in / q̄ talia diuinis theologie pſcrutatoribꝫ / cū ocio magno. cū ingenio clarissimo. cum / exercitio diuitiſſimo. Nobis ſit hic et nunc / ſatiſ de canticis in creature poſitiſ loqui / plus ad deuotionis excitatiōem / q̄ intelle- / ctus admiratiōem et eleuatiōem i alta ma- / iestatis. ſcientes q̄ pſcrutator maiſtarſ op- / primetur a gloria. et quo amplius accesse- / rit homo ad cor altū / eo amplius exaltabit / deus. Veniamus ad rem noſtram collo- / cantes pedem inuestigatiōis vbi ſterit phī- / ce pes in quſitionis. hic autem ſi bñ tene- / mus pes erit in amore. ſicut canticum ſua / generalitate ſumptuſ deſcribi poterit q̄ e

numerosa vot amoris. vel amor numero s
sus. vel numerus amorosus. **A**dditū est
de spēbus amoris post dinam. qm̄ vn⁹ est
naturalis cōuertibilis cū ente. alter aialis.
alter rōnalis. alter intellectualis. quoꝝ cō/
dio naturaꝝ descripta ē. **P**orro de creato
amore supnaturali/ de caritate quā qui ha
bet manet in deo et deus in eo. **D**e amore
quoꝝ nuptiali dei cū hoīb⁹/ verbū nulluz,
in quo tū et sup quem fundātur cantica cā
ticoꝝ q̄ epitalamia noiāmus/ et canicū di
uinale. **E**rat aut ab initio p̄ncipal' inten
tio facere verbū cōsonāter ad xp̄i gabolam
de cantico dupli. vno fm̄ saltatiōem vel
exultatiōem. altero fm̄ lamētatiōem et plāz
ctum et hoc nō seculari seu p̄phana vanita
te sed xp̄iana pietate. **C**onverte fideles ocu
los ad xp̄im videbis affirmo tanq̄ in exem
plari pietatis/ ipm duplex hoc cantici gen⁹
resonasse. nam et exultauit sp̄sc̄to rapt⁹ ad
voce patris intus sonatē cū clamauit. **C**ō
sider tibi p̄ celī et terre. q̄ absc̄disti heca
sapiētib⁹ et prudētib⁹. et reuelasti ea p̄uulis
Ita pater sic placitū est ante te. **R**ursus ita
lamentatus est et planxit ut cōqreret palā:
Vos oēs qui transitis p̄ viā attendite vi
detē si est dolor. sicut dolor meus. **T**alia col
ligimus hic duo cantica. vñū exultationis
aliud lamētationis. ad qualia. nō būt phi
losophia scrutādo venire. quoꝝ quodlib⁹
fundatur in amore. nō q̄liciūs sed caritas
et amicicie deiformis. fm̄ oppositas tame
et diversas rōes. vna ē diuinalis adoptioꝝ
desponsatio. altera reprobatioꝝ repudiatio
Hibil p̄mo cantico melius. iocūdus. bea
tius. **H**ibil secūdo deterius. insuavis. in
felicius reputur. **P**rimū cecinit Salomō
in canticis. et David plurib⁹ psalmis. **A**ll
terū Jeremias in trevis. et Iſaias ibi. **L**ā
tabo dilecto meo vbi d̄ repudio canif syna
goge. **A**hunc ascendat theologia supra
phiam non inchoans pcessu ab infūmis i
star phie sed a deo p̄mo oīm principio. ad
qd̄ attingit vtq̄ pcessus p̄or phie. **E**t dis
camus ultra phiam q̄ de p̄etanta pietat⁹
dignatione. tanta caritatis bonitatis q̄ di
latatione. humanam dilexit natu rā. vt eaꝝ
formaret ad imaginem et similitudinē suā
qūs sui p̄ticeps esse posset. et ita particeps
q̄ eidem iungeretur felicissimo federe nup
tiali sicut sponsa sponso suo/ qua dilectione
et caritate/ nullā diligibiliorem/ nullam ca
riorem estimare potest cor humānū. **P**o

suerunt nec negamus aliq̄ p̄phantum ma
gis eleuati et diuinitus illustrati sicut Are
sto. q̄ vlema felicitas hominis cōsistit in
dei cōtemplatione. nec vt arbitror se q̄stras
set amorē eius. nihilominus cū cognouis
sent deum/ non sicut deū glorificauerunt ne
q̄ grās egerunt. et qd̄ inde securū fuerit pu
der recordari qd̄ aplūs apiat. Amabāt dei
virtutem/ illustrantem intellectū. sed ipam
que sanaret que corrigeret q̄ rep̄hēderet af
fectum (dicit Iug⁹) non amabant. **A**m
plius ipi phi q̄uis aliquē hominis amo
rem ad deū ponerent ei debiū scirent/ nul
lo pacto tamen valuerunt attingere vel sus
spicari q̄ mutua esset amicicia p̄serit sp̄o
salis/ dei ad hominē. et econtra. qualez no
bis reuelauit theologia/ fundata in caritas
te de qua est illud. **C**aritate ppetua dilexi te
Ho enim quilibet amor dici meretur amis
cacia fm̄ philosophū. sed ille quo sibi mu
tuo cōicant et cōniuunt et cōgratulantr̄
cōniūtūramātes. quale aliud neq̄ **P**la
to dicens deū nō misereri hoībus. nec Are
sto. redēptionis ignorās misterium. nec
aliud omnino fas habuit sine fide. **T**ē
temus nūc de canticis exultationis et lamē
tationis aliquid dicere/ qd̄ sit supra nō cō
tra philosophiā. que duo canticā notās qui
dixit **D**iam iudicū cātabo tibi domie.
Hec autem esse iam tetigimus. vñū nupti
ale qd̄ epitalamii noiātur. aliud repudia
tionis reprobe qd̄ infernale dici poterat.
Oportet igitur vt a nuptiis carnalib⁹ figu
ram accipiamus. nō dissonāter ad apl̄m/
qui loquens de corpali mīfionio. **S**acrm
inq̄ h̄ magnū est. in xp̄o dico et ecclesia
Sunt vero litteraliter tres modi despōsa
tionis. vñus viri cū libera. alius viri cū an
cilla. tertius viri cū dñā. **U**ltimū hunc mo
dū tenuisse videt solus Joseph vir iustus
cum uxore sua **M**aria. **P**rimū legimus in
Abraam cū **S**ara qd̄ quotidianū est. Al
terū ipius eiusdem cū **E**gar ancilla. sicut i
Jacob duplē hunc modū regies respectu
Lye et **R**achel liberaꝝ. quib⁹ additū est an
cillarū vtriusq̄ cōnubii. **C**eniamus ad
misteriū. figurauit nanq̄ mīfionū. **A**de cū
Eua cōsorter libera cū adhuc nō peccasset
cōiunctiōem dei cū aīa sc̄tā. etiā si nō fuisset
incarnatio filij dei subsecuta. **F**igurauit in
sup fm̄ apl̄m cōiunctiōem xp̄i in carnati cū
eccia cuius caput est et cōsors in natura. **F**i
gurauit cōiunctiōem humāne nature cū deo
• Bgi. 2.

De cantorum

in unitate suppositi. Figuravit enim Augustinus et sequaces coiunctiōem portiōis superioris, quasi viri, cū inferiori tantum mulieris. Figuravit iuxta metaphoram salomonis de forti muliere coiunctiōem hoīis vel spiritus sapientis cū lege dei vel sapientie. Sic enim loquitur alibi. Quiesciens sponsam mihi assueveram. Subinde mīrionium Abrae et Jacob cū ancillis notat aplūs figurasse coniunctiōem xpī cū synagoga que generauit filios in servitute. Denique matrimonium Ioseph cū Maria certe cū dñia que non ab eo pepit nec eam humiliavit sed eius custos fuit aptatur cōgrue coiunctiōni plati cum eccia sua quā spūsanctus imp̄gnat nō ipse qui custos est quis sponsus. Hemus ecce septem genera spūaliū nuptiarū de quibus non erit dicendū p singula grata nihil omnino esset speculatio circa vñiquod genus intruenti quo pacto cantica canticorum salomonis aptarentur vnicuique tāq̄i epithalamio saltationis vel exultationis. Et quidem de coiunctiōe xpī cū synagoga veteri rursus cū eccia noua et libera nec nō et naturali doctores copiosissime disseruerunt in expositionibz canticoz litteraliter et allegorice. De coniunctione pterea dei cū aia fm tropologiam nō siluerūt sed nec vñq̄a de coiunctiōe plati cū eccia vice xpī tauterunt. Eterum de altero duplicitate coiungio mistico qd superest siq̄a aperuerit os in canticis ut p anagogiam dissenseret ignoramus. Scimus venerabilem Richardum nō vñ nō alterū sed oīa pene volūna sua de hoc mīrionio spūs et aie p mistérium compleuisse p̄cipue libro de. xii. p̄tis archis subtilitate mirabili cui consonant tractatus alij de archa mistica. de visionibz Danielis de exterminatione mali. Denique totus in ista versatus est metaphora qd proportionem superiorē virū et inferiorem appellaret mulierē nec siluit sensualitatis cōcubinas. verū nō traduxit ad cantica qd viderimus. Vñsum est tñ mībi nō nūnq̄ medi tanti in secreto cordis mei cubiculo p nos cres heu pñtis vbiq̄ calamitatis possifiri ut epithalamium diuinale cōsonare monstraret huic coiungio spūs et aie p̄sertim in xpo. Rursus alteri cōnubio spūali sapientie diuine create cuī spū creato deiformi sicut in exultanti spū Mariæ potissime cōpetebat. Si paucem interea paululum de hinc alio velut sub exordio naturam epiz

lamij pmo designantes postmodū temptabitus illud exponere qd nobis meditarō locuta est de Xpo et Maria. qd certatum laudant angelici spūs. imo quelibet creatura a quibz vñmā nō discordet vox nostra. laus nra. studiositas nostra. carmen qz nrm qd et saltare docet et plangere cū pueris in foro ludentibz. Epithalamium nō bic accipimus sensuale canticū p nuptijs carnalibus quibz hymeneū pesse gētilitas fabulatur nō insup intelligimus canticum celeste beatitudinis eterne. vbi pfecta securitas fruitione nuptiali felices anime cū deo totaliter vñiūtur. transformant. sponūt. ios cundant. sed epithalamium dicim⁹ hic canticum vie p desponsatione diuinali que per grām hic incipit et in gla cōsumat aut si p̄ditur in finem caritatis aia ppetuo repudio cruciatum. Epithalamium p̄supponit amorem naturalem. aīalem. rōnalem. dilectionem quoq̄ liberaz beniuolētie et honeste quoq̄ cōcupiscētiedem socialis amicicie. Sed addit in pposito nrō donū caritatis gratie vñificans diuinitus assimilans et pfectiens donū insup spei tendentis in cōsumatiōem glorie. donū quoq̄ cuiusdā ze lotipelaudabilis et fidelis q̄zelant se mutuo sponsus et sponsa. Est zelus amor vñhemens. nō cōpatiens qualecumq̄ contra riū vel aduersum fieri tota rem dilectam. Et hoc p̄stat fides. Est igitur epithalamium nostrū describere canticū sponsi et sponsae fide spe et caritate iunctoz. Epithalamium Salomonis qd cantica canticoz dicimus compoisse creditur et tradit ab eccllesia rex Salomon inspiratus a spūscō tempe quo erat amabilis dñs q̄uis verbaz videantur carnalia. q̄nis insup auctor p̄ modū miserabiliter et lamentabiliter corruerit. vt non glorietur stulta p̄sumptio coru dis humani si mysteria oīa cognouerit q̄lia sunt in canticis maxima. sed q̄ gloria. in dñ gloriatur. videat q̄ ne cadat. Fic ita circa nos o glorioſissime sponse Jesu dum te cogitamus loquimur extollimus cū dilecta sponsa tua ne qñ cū illa vasti superba repudiemur a regali copula tua. Epithalamium datur p symbola. vt fm Augusti. desideret ardentiū. nudetur iocundius. speciosius videatur. nihil minus operet si fructuose. si secure. si salubriter cātari debeat. q̄ eleuet se mens ad remotionē fantasie. vbi nō sit masculus neq̄ semina.

sicut nec caritas serum habet. Oportet iterum depuratiōem fieri virtutis appetitue quā nulla titillat carnalis sub carneis verbis & placētia vel libidinoxia. Optet ap̄li⁹ būiliari virtutē irascibilem. ut nulla surrepat p̄ cognitis mysterys supbia. sed quāto maior est būilius se in omnib⁹. Epitala⁹ mium tēptatur incaute cātari ab aia quan tūcūs seculariter eruditā si non fuerit ex purgata prius a sordib⁹ peccator⁹. qđ doce tur fieri in puerib⁹ salomonis si nō fuerit p̄terea sursum eleuata et illūiata p̄ tēptū ter renorū ad qđ monet Ecclastes. Si nō fue rit postremo cordialiter affecta et pfecta dī derio supnoꝝ quod q̄ritur i canticoꝝ cāti c̄ exerceri. Ac pide describit epithalamū tripliꝝ fīn tres ac̄ hierarchiꝝ purgaꝝ. illūia re et p̄ficer. q̄ tria p̄stat sol iusticie tripliciſ ter etiū montes nature sublimis hūane. Epithalamū salomonis p̄t insipiēs et aialis hō fideliter admirari et simpliciter crederi s̄ non arrogāter pscrutari qz nihil pīcu losius. p̄t homo rōnalis et p̄ficiēs illū pie meditari rumiātōis typō. s̄ non ex abrupto p̄cinere quo nihil difficulti⁹. P̄t hō spūas iā carni dīpiēs et sāguini epithalamū sapiēter cū sapore depmire. quo nihil suau⁹ et in terris beati⁹ erit. Vide opa dei q̄ sit idē canticū electis in edificationē. cō solatōnem. et bonū odorē. alys in scādalū. ruinā. cōtradictōnem. et odoris in morte. Epithalamū sīcō amātib⁹ oīo barba ru nec itelligibile. fit mala. et carnaliter amātib⁹ in offēsionem et scādalū. quib⁹ auget inde furor igne⁹. fetor carne⁹. ifaciabilis qz pruritus. Nō etate nr̄ayl infictis q̄busdā denotis cōptum punitū qz p̄ ignē fuit. Ac uero si fuerit deo xpicio exercitatus hō spū alis pari dīma sicut de Jerotheo suo loqui tur dyonisius. si fuerit in eodeiformis et bñ ignau⁹ affect⁹. si s̄cīat diuisionē aie et spūs a verbo dei fieri. si p̄ multa pbatus multū dei sensum cōgnoverit. p̄gat qui b̄mōi est epithalamū frequētare. non in delictis et verbo superbo. sed in hoc benedicat deum qui fecit illum in ebriantem eū talib⁹ bonis suis. Epithalamium est quod ḡma tici nominant dragma vel dramaticum. qđ sit inter duos more dialogi. non qualis cunq. Est enim dialog⁹ inter magistrū et discipulum. cui diaſcolicon nomē est. Est alijs inter loquentem et suū interpretēm. Sed iste certus fit inter dilectum et dilecta

cū p̄sioꝝ celatōe nōim Et p̄t dragma eēv̄l ideclinable neutrū l̄ dīcīable feminū sc̄de decli. l̄ neutꝝ tercie. vt ibi frequētate nob dulcia cātica dragmat⁹. Videbis i cātic⁹ cāticoꝝ sic obseruari vt spōsa p̄loq̄. sponsus respōdeat. cōmitt̄s aliqu⁹ interrogatiōib⁹ v̄l r̄nīcōib⁹ sodaliū sine adolescētulaꝝ sine cu stodū sine aicoꝝ Epithalamū introdit spōsa q̄si philo capta et in amoratā de spō so suo. cui⁹ assidue presentiā. verba. p̄plexū oculus desiderat. sed hoctamē cū virginali pudicicia et mira grataꝝ puellari verecun dia Quid em̄ peaci⁹. quid odibili⁹. qđ pūi bilius in spōfa puella. et virgine. si vltro ne dū rapiat virū. si vel palam perat aut roget ad cōsumatiōem opis nuptiarū. petit tam̄ signis aliquib⁹ cū pudica circūlocutiōe et insinuatione verecūda tps expectas et locū beneplaciti viri. dū fuerit introducta p̄ euz in mirionale cubiculū. nō iam vt sponsa p̄ spē. sed typō p̄ felicē nec ap̄li⁹ dissolubilē vñionem. Epithalamū introdit spōsum tanb⁹ philocaptū sponsa non sine verecūdia quadā si videt in turba cū sponsa vel ad sponsum. querit obinde solitudinem vt illa blandiatur. p̄spicit p̄ cācellos et fenestrāis zelans scire qđ agat sponsa salit et tripudiat festinus totus dū p̄git ad eam dum vult audire vocē suam. faciem videre hostiū aperiri. se sequi. Hibilominus expe citat horam venire cubiculi nuptialis/ noſ lens antelegittimū tps spōsam cognoscēr nōdū federe cōsumato. Habemus ex istis epithalamū notulis nō p̄uaꝝ(nisi fal lor) eruditōem p̄ cognitiōe reliquoꝝ. que vel illic tradit littera vel glosa doctoruz no fat. Sed adhuc pauca iungamus nō que dant totū sup cantica cōmentū. hoc enī nō est p̄ntis opusculi/tot metaphoras sigilla ti aperire. satis erit vel vbertim aptas repe tere. sat erit alias quasi scintillas excutere p̄ collustratione cū incendio leui cordis deuoti. Epithalamū est canticū d̄ amo read amorem. de caritate ad caritatē. de dilectione ad dilectionē sine fantasia carna lis sexus in amante vel amata. Dicet aliq̄s hic cōtradictōem implicari per terminos Rōne masculinū inquiet genus ad masculū. femininū spectabit ad feminam. alio q̄nī distinctio talis qđ opabī in articul. Rursus si qđ natū est ex carne caro ē. sic q̄p filiū carnalis eloqu⁹ cansat nōne cor p̄poreū fantasima putandū est. Vx attēdat

De canticorum.

qui sic opponit dictum hoc ultimuz retor
queri p nobis. Nam potest oculus ratiōis
et intellectus ex fantasmatib⁹ vniq⁹ corporis
reis sp̄es elicere et fodere sp̄iales p q̄s itel
ligit ea que sunt sp̄us. qui teste p̄pō carnem
et ossa nō habent nec eoz similitudinē. sed
qđ natum est. ex tali sp̄u sp̄us est. Vide
est pindere eandem p̄cipue sp̄ualem reci
pere quēlibet articulū. Exemplū de sp̄usā
cto quo nibil indubitabilius. et sine sexu.
latine hic dicitur sp̄us. hec caritas vel sp̄i
ratio passiuā vel gratia. et hoc flamē. bebra
ice hec ruha. grece hec neuma vel carisma.
Deniq⁹ deus si p̄ Isaiam sponsum et sp̄os
fam se virum et mulierem que matricē etiā
habeat cōfitetur. Ira demū dat intelligi se
p naturam neutrām esse. p metaphoraz ap
ponitur vterq. nisi forte q̄s ita desipuerit.
vt hermosodira p duplixi sexu monstruo
so q̄s credatur. Epithalamij vocat altes
rum amorem tanq⁹ virū et sponsum. nō p
sexu carnis. sed qm̄ est potentie maioris sa
pientie clarioris. influentie potioris. No
cat alterum amorem vt sponsam. nō ppter
debilitatem sexus que nō est. exmpli grā.
in sapientia increata nec creata. sed ob quā
dam secunditatem. venustatem. iocundita
tem. alleictuam. quib⁹ sol⁹ mulieri eminere
sibi quasq⁹ tribuit sapientia. Ego inquit
mater pulcre dilectionis cū alijs sonanti
bus ad p̄dicta. Deserat igitur mens / epita
lamij canens. palliū metaphoraz foris.
et nudam caritatem vel amorem introdu
cat. alioquin si nescierit se non idoneum.
qui canet epithalamij fateatur. Epita
lamij prie est in via nō in termino. i de
sponsatione nō in cōsumato cōnubio. Cō
cluditur ex pmissis hec epithalamij nr̄i cō
ditio. que cōsequenter infert epithalamijz
non regrere confirmatū amorem vel cari
tatem. Ac pindere datur intelligi q̄ exultatō
epithalamij compatitur secū lamentatio
nem et planctum non minus aliquā q̄s ele
giacum carmē. in amore carnale quod ele
giacum a miseria noiatur. qz i litorē q̄t cō
che tot sunt in amore dolores. ait vnus. in
sanos amores docere se p̄ artem iactans.
Epithalamij salomonis eapbat q̄ mor
intulimus. lic⁹ in amore diuinovideri pos
sunt indigna. Et quidē de saltatione et ex
ultatione de tripudio gestienti gaudio. nul
ius vel ambigit vel malefert si sunt in amo
re diuinali. Tueror vis in sponsa audirela

mentationem et planctum. Sile hierusalē
nunciate dilecto / qz amore langueo. Et ire
rum. Percusserunt me et vulnerauerūt me
Quid porro totus iste circuitus inquire
do dilectum sonat / nisi suspiria gemitus et
luctum. Vis et hoc audire qđ amplius mi
reris in dilectio. Vulnerasti inquit cor me
um soror mea sponsa. Leterū dum clamat
ad hostium foris. Caput meū inquit ples
num estrore. et cincinni mei guttis nocti
um / se pati frigus iniurias q̄ aeris nonne
plangar. Epithalamij canticum nō red
dit cantans beatū / nisi tantum in spe. a q
tū ut multi pōt excidere. Hinc est pfectio la
meneatio qñq̄ nō equabilis n̄ enarrablis
vlli. ppter timorē repudij dū tps aduenient
cubiculi. Neq̄ fortedicaf illō ei pabolicū
desatus virginibus imparat. et clausa ia
nia petenibus introitum. Ascio te. O p
bum durum et asperum. O discidiū solari
leui suspitione recogitatū / amanti sponse
non ferendum. Epithalamij nō ira cu
rat aut petit / mutuas hic in via consolatio
nes amoris / quin ad cubiculū eternitatis
plus anhelet. Colligitur ex fine canticorū
vt sponsa monita p sponsum. Que habi
tas inquit i hortis amici auscultant. facime
audire vocem tuam. Illico respondit. Ju
ge dilecte mi sup montes aromatū. Quis a
micum talem et taliter velle crederet spons
um fugere nec secum esse. Desiderabat cu
biculum quale non erat i hortis / nec i am
corum turbis. imo sursum sup montes aro
matum quo fugere sponsum petit. quoniam
illuc se trahendam mor sperabat. Amplius
et si sponsa deliciosa cupiebat ocium cum
sponso. sciens tamen voluntarem suam. es
se de cura qñq̄ primo p̄ponebat sui spō
si voluntarem. Veni dilecte mi egrediamur
in agrum cōmorem in villis. Epitha
lamij tradit multis sub metaphoris et
circumlocutionib⁹ sponsam alloqui spon
sum p consolationib⁹ recipiendis hic ab eo
Audis quemadmodū petit osculū nūcam
pletum. nunc trabi post se. nunc fulciri flo
ribus et stipari malis. et ita de reliq̄s. Lur
ita plane / qm̄ amor ociosus esse nequit. Ig
neus quippe est se pdere gestit assidue / q̄
rit intima cordis amici penetrare. Nam spi
ritus quidem est qui scrutatur p funda / q̄
raptum facit et extrahit in amatum. Puris
amicis quasi lilium inter spinas positum si
ptectionem / si consolationem / si recreatio /

nem quesierit in dilecto/nemo rē mirabit
nēz iam a deo/p se cōstum/p amici dilectio
ne Letetur cor meū inquit,cōsidera finem
vt timeat nomen tuum vt sez in amore suo
fortiori stabilitate subsistat. Nam delecta
tio tenet opantem in opatione dicit **E**rest.
cū experientia. **E**pithalamium nemo pōt
pfectum cognoscere sine tripli theologia
symbolica scz apria et mīstica Harum quā
libet tradit dyonis. Sed symbolicam suā
latini non habent nisi q̄ gustū eius dedit
vlti.ca.de ce.hierarchia tradens intellectū
locutiōis figuralis. qm scripture sacra trās
fert ad angelos q̄ elati sunt. q̄ armati. q̄ lu
mina ferunt cū ceteris. Sic in epla qdam
de mensa sapiētie. Sparsim vero tam ipē
q̄ nostri scripture glosatores exponū hu
ijsmodi symbola q̄ deo tribuūtur/p simili
tudinem ad corporalia/qualiter sit in hoc co
to cantico p libro.nunc de osculis oris dei
quid sit.nunc de vberib⁹/de capite/de oculis/
de ligua/de genis/et ita p vniuersuz qd
enudiare p omnia/nō est plentis opusculi
seorsum poterit forsan dari.sicut de theolo
gia mīstica que proslus est necessaria can
tare volent p amorem duplex opusculum
hoc illud practice tradidim⁹. **E**pithala
mū poterat p theologiam symbolicā et mi
sticam ad quodlibet genus infiōnū cū do
p amorem spūaliter adaptari noīatim vbi
minus videret ad cōpi spūm et ad aiām suā
tanq̄ ad virum desponsatum cuz muliere
spōsa sua. Sunt hic multa supponenda q̄
alibi iuxta cōēm theologie sententiam/tra
dicta sunt. **A**nū est q̄ in cōpo fm̄ humani
tatem/pars seu portio rōnis supior quā h
appellamus spūm (ne cōtrouersia sit de noīe
finis) fuit ab instanti conceptionis plene be
ta. quēadmodū et nūc est et erit in secula. p
pterea neq; doluit neq; timuit neq; spauit
spūs iste in eterna beatitudine vbi nō erit
amplius neq; luctus neq; clamor/sed nec
villus dolor. **S**upponimus ptorea q̄ a
nima cōpi que noīatur hic īferior portio rō
nis/q̄uis esset eadē res essentialiter cū spū
non tamē fuit tunc in remino beatitudis.
sed habuit statū vie/subiecta passionibus
etn⁹/vt dolori timori/pauori cū ceter⁹. ita
tamen q̄ nulla passio pueniebat iudicium
rōnis superioris minus q̄ in adam p statu
nature pmitus institute.sicut et de benedi
cia matre sua fuisse cōfitemur. **A**dūcim⁹
q̄ alia cōpi p suis qdem peccatis nō doluit q̄

non habuit.sed p nostris generalicer q̄ ad
sufficientiam deletionis.sed quo ad effica
ciam.p solis electis membris suis. **C**ū igz
tur esset aie xp̄iad suū spūm naturalis siml'z
diuinalis cōuersio sicut cōtra.cōcludit sta
tim pspicar speculatio/p anīa ptebat cre
bro cōsolatiōem spūllanci. nūc cōtra dolo
res et obiectis rerum cōtristantiū sensuali
ter et p realem applicatiōem in verberibus
fame siti frigore.nūc aliqñ cōtra res appre
bendas intētionabiliter cōtristatiōem affe
rentes cuius peccata erant aliena q̄ p com
passionem sua fecerat. **E**leuet igz se pī
animus in cōtemplatione Jesu cōpi in līue
fidei et euāgelice narrationis. Consideret
deuota pietate animam hanc sponsam spi
ritus impassibilis passibilem et crebro pa
tientem.si p cōsolatione dilecta suspira
bat ad spūm. Osculetur me osculo oris sui +
cū multis silibus cōsolationis refrigeriuz
sonantib⁹ vt illud noīatim. Quis det milbi
te frēm meū suggestem vbera matris mee vt
inueniam te solum foris et deosculer te et iā
me nemo despiciat. Quid sonabat hec op
tabunda petitio si spūm cōsideres lac beatis
tudinis toro ore.tota securitate.totadilecti
one suggestem ab vberib⁹ cōsolantis diui
nitatis tanq̄ matris sentiens aiām ad illū
felicitatis statum. quē nōdum accepat su
spirantem hec dicere. Dicebat xp̄us p bac
aiā sua/quā ponere et resumere fas hēbat.
Baptismo babeo baptisari et quō coartor
donec impleatur. querō sciebat nimirum
glorificatiōem aie subsecuturam/motib⁹
ptismū mortis et amplexu nō amplius dis
solubili gauisuram cū spū. **E**pithalamium
traduci poterat ad desponsatiōem spūz
ritus exultantis marie/cū sapientia.sed nō
absq̄ tropicoz cognitione sermonū p theo
logiam symbolicam et anagogiarū p my
sticam. Gloria sapia/delicias suas esse cū
filīa hoīm. nullā vero repperit sapia delici
as suas cū qua amplius inueniret q̄ cuz
beatissimārū beatissima et deiformi maria
querebat hic cōplecti iu via spūm marie.iū
gere secū oscula p opationes inspiratiōes
et virtutū dono p beatitudinū et singula
rū s̄ spe certa fruitionis iocūdissime ac in
dissolubilis in eternitate.vbi suo spūm duz
ascendit obviauit q̄si mater honorificata et
quasimulier a virginitate sua suscepit illū.
Quid porro dicemus de cōiugio spūs
deiformis beate virginis/cum ancilla senz
Bzg. 4.

De rōne canticorum

sualitate sua / sub typo vel agar vel bale et
zelte. Non sensualitas generare dicitur p/
lem virtutum maxime moralium quasi i ser-
uitute. Neque enim haber libertatem essenti
aliter, sed qualem duxerat sibi coicata spi-
ritu. **E**sup his itaque coniugis in eadem p/
sona humana / grande silentium est apud ex-
positores cantorum, qui de ceteris mysticis
plurima differuerunt. Gregorius et Beda de ec-
clesia et Christo. Nicolaus de lyra de synagogar
deo. Bernhardus de aia et verbo et aliqua de hu-
na natura ad filij suppositum. B. parisienus de
virisque p/ declarations et distinctiones ma-
gistrales p/ quales refertar sanctus Tho-
mas in celis distinguendo multiplex osculum
multiplex ybri. et oleum et unguentum. et ita
de reliquis que dilatant materiam. Orige-
nem non habemus quem Hieronimus in hoc ope-
re restatur. nedum alios viciisse. sed seipsum.
Ceterum de matrimonio plati cum ecclesie
domina sua quam fecundat spissitatem et
ipse custos est eius typo Josephus ad Mariam.
Rursus de coniunctione angelicæ natu-
re cum deo non legitimus exposita hic p/ cote
pro seriem cantica. **Q**uid pterea quod amori
ris lingua (**Bernardus teste**) barbara est non
amantibus. sed qualis est precor amanti-
bus. sane difficilis cognitum p/ hec cantica.
si non eam efficerat familiarem diurna con-
uersatio. **O**ccultat enim se sub enigmatibus
et figuris loquitur p/ interiectores voce nunc
incognita. nunc interrupta. nunc de tempore ab
hoc in alterum. quasi sine lege vel ordine vel
positi tenacis vel sequele. semet transmittit
quinq; variatis verbis sensum retinet eum
dem. aliqui sensus plurimos unico ybo con-
cludit. **D**eterret nos hec consideratio ple-
niorem de cantibus cantorum temptare ser-
monem in hoc opusculo tertie petitionis. q/ theologia post historiam et phisicam assumpsit
originem cantici diuinam in caritate radi-
cati non completam dare cognitionem. q/ nec
magnis voluminibus expletur. addito quod
erit plus in hoc docet q/ lectio. plus deuotio
q/ demonstratio. plus desiderium seruens
in affectu. q/ studiu vehemens in intellectu.
q/ quis ut pernotauimus. assidua diurnaque
meditatio sit necessaria. que valeat ceteris
omnibus caris impletat illud. Vacater vide
te Et iterum. Bustate et videte. ducat aiam
opere deus in solitudinem ut ibi loquat
ad cor eius et lacet eam et impletat solatio
cum germine scrofa. **C**oncludentes ad ex-

tremum dicamus quod in amoris hoc canticum
et exercitio supra quodlibet aliud versus flu-
sus noster gabolicus puerorum in foro, qui
nunc ad saltum, nunc inducit ad lamentum.
Primus sub consumandi spe coniugii in glo-
ria. Alterum sub formidine penalis repro-
bus, ut exultatio sit cum tremore. **N**am
instar corde sonantis ubi cor vacillum spe di-
latatur mortis timore constringitur. **H**oc
autem agere eo facilius philocaptus in am-
ore dei quo (ad exemplum amorosissimi
Augustini) altius mysteria diuinitatis fa-
miliarius misericordiam humanae fragilitatis fu-
erit scrutatus, dum nescit homo quod distri-
ctio quod agit iudicetur, nec quo fine terminis
netur. **A**ut etiam laudabilis vite dominus si-
semota pietate iudicetur. **H**inc Augustinus
fuerunt profundissime pro pia matre lacrime.
Hinc sibi iam seni fuerunt lacrime panes
die ac nocte, amarissimam quoque legem et lu-
gubrem per ceteris sue senectutis iam pene
extremam ducisse vitam. **C**rediderit alii
quis forsan hoc Augustino propter obsidio-
nem proprie ciuitatis evenisse, multo amplius
propter iudiciorum dei formidinem anxiebatur
arbitrorum, sciens non magnum esse si cadunt pe-
ritura menia, et si moriuntur morituri, considerabat quod leticie et tristicie propter vanum
sunt et nihil si conferantur eternis. Erat ni-
bilominus in pace mentis amaritudo sua
amarissima in summa desperatio sume spe-
rans. **P**osset ex permisso gamma mysticum
quod in quinque voces affectum est in quinque
vocales litterarum alibi diuimus ad tres re-
duci velut in trigono seu in tricordo ad ex-
emplarum aliquod beatissime trinitatis. **T**imor
cum mestitia oriens ex consideratione patris
reprobantis. **S**pes cum leticia ex considera-
tione verbi redimentis. **P**ietas seu compas-
sio suae aliorum ex consideratione spissantum
subinde consolantis. **V**er versus. **S**pes, timor
et pietas resonant in carmine cordis.
Tres et ad has voces gamma referto no-
num. Dat spes discantum mollem, tremor
est tenor atque. **U**nus tenor est compatiens
pietas. **L**or affidue cordas symphonia co-
cors. **H**uic sit ei quis chorus concinit angelorum.
Ita tandem optet gaudere cum gaudientibus
et stiere, cum flentibus, si non voluerimus
improperium ferre quale notauit Christus adver-
sus reprobam iudeorum generationem sub pa-
bola puerorum in foro clamantium. **L**e canis
mus vobis nec saltastis, lamentauimus nec

plantissis.

Hecūdū opusculū

Opusculum istud de canticando id est de canto cordis h̄z tres thomos. i. diuisiones vel tonos p̄incipales cum notis et notulis. Note sunt considerationes speciales. Notule vero particule singulares. **P**rimus tomus continet p̄hemium cum designatione quale fuisset monocordum in statu innocentie. et quale est in statu virtutis p̄fē. ut in Christo fuit et Maria p̄ nouem notulas. **P**onit ylterius differentias cantici cordis ad canticum oris. cum distinctione cantorum hominis ad veterem p. t. notas seu notulas. **P**onit consequēter dubitatiōes multas circa p̄sentia que soluuntur p̄ reliquias. xxvij. notulas. **S**ecundus tomus deducit p̄ncipaliter q̄ est ponendum canticordū docens quid sit descriptiue. et quē admodū habere debet suum gamma. et q̄li ter fuit in christo et maria. **C**ontinet. xij. notas fīm considerationes totidem spāles p̄ncipales et in vniuerso notulas. xvij. singulares. **T**ertius tomus instituit nō absq̄ circuitu qualiter gamma formetur pro canticodo continens notas et notulas. que se legentibus offerunt satis plane.

Thomus primus

Beatū qui audiūt verbum dei et custodiūt illud. Verbum habituri de canticis per theoriam et praxim. **D**odo p̄cipue de canticodo quod est verbum dei. in cordibus nostris. Quale potuimus exordium cōuenientius assumere. q̄s a verbo verbi dei. q̄s a principio de principio. q̄s a deī sapientia p̄ quā condita sunt omnia et sine qua facere non possumus quicq̄s. Que ludēs erat cum patre. dum cuncta componeret cū ipsū sum laudarent astra matutina. **H**ec est sapientia quā auris bona audiet cum omni cōcupiscentia. Aperiat igitur aures nostras sonet et expediāt verbum dei cuius totiens ista fuit exhortatio. Qui habet aures audiendi audiat. **A**uris itaq̄ cordis intelligēs. Quib⁹ non aptis sumus (iuxta pueriū) Asinus ad lyram. qz nullā in armonia verbī dei dulciorē sup mel et suauitatem inueniemus. Porro si repletum fuerit cor nostrum verbo dei. fieri quod ab eo dici-

tur. Ex abundantia cordis os loquit̄. abūdet igitur boneſ Jesu cuius os hic loquitur et eructat̄ cor istud verbum bonum. Abūdet igitur obsecro spūs tuus bon⁹ in pauperculo corde meo et impleat illud ut def sermo in actione oris mei. et semper sic laus tua in ore meo. compleatur in me monitio tube apostolice que afflatu tuo abūdāter ī pleta nobis omnibus insonuit et cecinit hortans docens et interpretans verbum xp̄i ait. **H**abitet in vobis abundanter in ſomni sapientia cōmonentes et docentes vosmet ipos in psalmis et himnis et canticis spūlibus in gratia cantantes in cordib⁹ vestris domino. O verbuſ christi. imo verbuſ xp̄is quod erat in principio apud deū et deū erat verbum. et verbum caro factum est. **V**eni domine Jesu habites in corde abundanter et si non in omni sapientia saltem per fidem que p̄ dilectionē operetur. ut docere et cōmonere valeam me p̄mitus. deinde p̄ nos ximos meos filios tuos / in psalmis / et de psalmis himnis et canticis spūlibus. ut simus in gratia cantantes tibi dño in cordibus nostris et gratias agentes p̄ omnibus tibi et patri. **C**antet ecce quotidie vocib⁹ crebris vehementer aurib⁹ nostris spirit⁹ tuus bonus p̄ ora p̄pharum. tua organa p̄ sonans. Can. do. can. no. Errurs. Cantate et eccl. et psallite. Et iterz. Psallite deo n̄o psallite. psallite regi nostro psallite. **Q**uoniam rex ois ter. deus psal. sapi. **H**ec autē exhortatio milies repetita / nullo modo prosus erequi poterit os nostrū nisi p̄mitus impletis cordibus nostris. **Q**uoniam et abundantia cordis os loquit̄ in canticis. **Q**uā felix illa ciuitas in qua iugis solennitas vbi vna vox letantium et vñ ars dor cordium que plena modulat̄ in laude et canore iubilo. vacat. videt. amat. cantat in eternum pleno corde toto ore. **F**elix n̄i bilominus homo qui factus est rectus. si non immiscuerit se peccando questionib⁹ infinitis. non de paradiso voluptatis et canticis angelorum detrusus esset in valleſ la crimirum in velementationis et planctū. **Q**ui iam compatus iumentis insipientibus et surdiorib⁹ illis factus. cor fere sicut nā buchodonosor habet ut audiens nō audiatur et intelligens nō intelligat. **F**ormauerat itaq̄ dei sapientia ad ſilitudinem maiorē mūdi corporalis / corpus hois. in cui⁹ medio posuit cor instar ſol in celo. **L**ōposuerat illis

• Hg. 5 •